Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26880
Copyright: Admont, Benediktinerstift



181

De .i. mare.

Siqvis uult post me uenire. ab
neget semet ipsum et tollat crucem suam
et sequatur me. Qui enim uoluerit animam
suam saluam facere. perdet eam. Qui autem perdide
rit animam suam propter me. inueniet eam. Quid
enim prodest homini si mundum uniuersum
lucretur. animae uero suae detrimentum paciatur.
aut quam dabit homo commutationem pro anima
sua. filius enim hominis uenturus est in gloria patris
sui cum angelis suis. et tunc reddet unicuique se
cundum opera eius. Amen dico uobis. sunt quidam de hic
stantibus qui non gustabunt mortem donec uide
ant filium hominis uenientem in regno suo. eiusdem.

Qui deponit ueterem hominem cum operibus suis
denegat semet ipsum dicens. uiuo autem iam non
ego uiuit uero in me xpc. tollitque crucem suam
et mundo crucifigitur. S. Lucam.

Siqvis uult post me uenire. abneget
se ipsum. et tollat crucem suam cottidie